

A'.

entia atque nobis fidelitate nec non pro nobis ac regno nostro orationum instantia, memor etiam iuxta insitam sibi benignitatem nutrimentorum ac discipline a fratribus ipsis exhibitae, asscitis in adminiculum suum consociis suis fidelibus nostris apud excellentiam nostram imploravit et implorando obtinuit, ut eidem loco tale privilegium permetteremus statueremus atque roborarem^a, quale a proavo nostro Chludouico imperatore et filio eius gloriosissimo rege Chludouico^b et patruo nostro Karolo imperatore concessum est, patre nostro Karlomanno^c semper in bellorum procinctu occupato, videlicet ut potestatem habeant inter se abbatem eligendi, qui et illos ad divinum servitium distringendi vigorem et ad nostrum obsequium perficiendi strenuitatem habeat, et ut locus ipse sub tuitionis nostrae immunitate consistat, et ut nullus iudex publicus aut quilibet superioris aut inferioris ordinis rei publicae procurator in ecclesias aut loca villas vel agros seu reliquas possessiones memorati monasterii, quas moderno tempore infra regnum divinitus nobis collatum iuste et rationabiliter possidet vel quae deinceps divina pietas ibidem augere voluerit, ad causas iudiciario more audiendas vel freda exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideius-

A.

atque nobis fidelitate nec non pro nobis ac regno nostro orationum instantia, propter communem etiam ipsorum utilitatem abbas ab eisdem fratribus electus idem cum sociis suis * apud excellentiam nostram imploravit et impetrando obtinuit, ut deinceps eidem loco tale privilegium permetteremus statueremus atque roborarem, quale a proavo nostro Chludouico imperatore et filio eius gloriosissimo rege Chludouico et patruo nostro Karolo imperatore concessum est, patre nostro Karlomanno semper in bellorum procinctu *, videlicet ut potestatem habeant inter se abbatem eligendi, qui et illos ad divinum servitium distringendi vigorem et ad nostrum obsequium perficiendi strenuitatem habeat, et ut locus ipse sub tuitionis nostrae immunitate consistat et ut nullus iudex publicus aut quilibet superioris aut inferioris ordinis rei publicae procurator in ecclesias aut loca villas vel agros seu reliquas possessiones memorati monasterii, quas moderno tempore infra regnum divinitus nobis collatum iuste et rationabiliter possidet vel quae deinceps divina pietas ibidem augere voluerit, ad causas iudiciario more audiendas vel freda exigenda aut mansiones vel paratas faciendas aut fideiussore tollendos aut

a) 'statueremus atque rob' von gleicher Hand auf Rasur. b) von gleicher Hand an den rechten Rand hinausgeschrieben. c) 'l' von gleicher Hand aus 'o' corr.